



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Gallia Vindicata, In Qua Testimoniis Exemplisque  
Gallicanæ Præsertim Ecclesiæ, Quæ Pro Regalia, Ac  
Quatuor Parisiensibus Propositionibvs A Ludovico  
Maimburgo, Alijsque producta sunt, Refutantur**

**Sfondrati, Celestino**

**[Ort nicht ermittelt], MDCLXXXVIII.**

49. Epistola Ejusdem P. Mariana ad quandam Personam Devotam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38277**

378 Disert. I. § VIII. Documenta ex Gallico  
stram, Vestrāmque probatam virtutem , prout meretur,  
in pretio habet. Ipse Summus Pontifex benignam prabat  
aurem negotio, ac favorem suum , prout DEUS dabit, im-  
pendet. Interim ego minimum, quod potero, libentissimè  
adjiciam.

Obsecro Illustrissimum Dominum , ut excusare digne-  
tur redditum nimis serum istius meæ Epistolæ. Etenim infir-  
ma mea valetudo, cui accedunt non modicæ occupationes,  
vel adimit, vel minuit culpam tarditatis meæ. Ex corde  
commendatum me cupio Sanctis Vestrīs precibus, prout  
& ego semper memor ero Vestrī apud Deum.

Scribo Illustrissimæ Dominationi Vestræ ex oppido  
Carboniani in agro Romano, è rustico quodam prædio,  
quod pertinet ad nostram Congregationem Oratorij, ubi  
per alios dies detineor medicorum consilio. Urinam  
magnificem Christum in corpore meo , sive per vitam, sive  
per mortem. Die 29. Octobris. 1679.

## Documentum XLIX.

Copia d' una Letera del medemo Reverendo  
Patre Mariana ad una persona di pietà.

21. Octobr. 1679.

G  
lā che si compiace di sentire il mio parere intorno all'  
impertratione delle SS. Reliquie al favore del nostro  
Signore D. Errigo Dorat, direi che la singolar bontà del  
supplicante merita qual che singolarità di gratia, essendo ci  
anco moral certezza, che sotto l'occhio suo faranno tenute  
con ogni venerazione e culto: è potiamo che non dispiacera  
a i Santi venire in mani così pie..... Lodarei che .... rap-  
pre-

presentasse al Signore . . . il merito del Signore Don Errigo, che oltre alla sua bontà , è anco bene merito della Sede Apostolica per la santità delle cause, che promove in Roma, con suo dispendio , con fatiche. e con pericoli . . . mi favorisca di dire al Signor Don Errigo, che io li do il mio piacere, per ottenere le reliquie de'santi, con questo patto, che egli si obblighi di esser santo , e di reintegrare al suo tempo le reliquie, che toglie à Roma con le reliquie, che poi resteranno del suo corpo. Mi raccommando con tutto l' cuore alle orationi . . . e di luy. 21. Octob. da Carbognano 1679.

## Documentum L.

Breve Sanctissimi D.N. INNOCENTIJ XI. PP.  
Ad Canonicos Apaminienses.

INNOCENTIUS PP. XI.

Dilecti Filij, Salutem & Apostolicam Benedictionem.  
Nihil accidere Nobis tristius poterat nuntio , quem  
cum rumore ipso publico vestrae litterae attulerunt ; de-  
cessisse bonae memoriae Franciscum Apamiensis Ecclesiae  
Episcopum, ea virtute; eoque Pastorali zelo, & invictâ ani-  
mi constantia præditum, ut Vir secundum cor Dei, & verè  
Apostolicus dici meruerit. Quod autem dolorem nostrum  
cumular, eo tempore decepsit, quo eum maximè vivere af-  
flicta ejusdem Ecclesiae conditio postulabat. Causâ enim  
vestrae quos tam vigili Pastore, tam provido parente orba-  
tos videmus, non mediocriter angimur. Omnem tamen  
doloris sensum ab animis nostris debet abstergere conside-  
ratio præriorum, ad quæ illum , sicuti sperare fas est, tot  
pro sua Ecclesia exhausti labores, tot incommoda, atque  
arumnæ pro causa Dei forti magnóque animo ad supre-  
mum.

Bbb